L. 11721/34

ADAM STEPHANUS SAPIEHA

Miseratione divina
ac Sanctae Sedis gratia
Princeps Metropolita Cracoviensis
Dilecto Nobis in Christo

D^no^ Ignatio Dobiasz

Sacerdoti Societatis Salesianae

Cracoviae

Salutem et benedictionem.

Tibi — his Nostris litteris licentiam et facultatem in Domino concedimus ac impertimur ad ~~beneplacitum nostrum ad finem anni 19~~ valituram, ut in omnibus Nostrae Archidioecesis Ecclesiis de Rectorum consensu Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare et Verbum divinum praedicare possis ac utriusque sexus excipere Sacramentales Christifidelium confessiones (non tamen monialum, sororum, oblatarum aliarumque in monasteriis et Domibus religiosis, degentium), poenitentesque absolvendi a quibusvis peccatis, exceptis casibus s. Sedi Apostolicae, Nobis et a Nobis reservatis, praeterquam in casibus urgentioribus ad normam sacrorum canonum C. I. C. Vetamus tamen et quidem sub comminatione poenae privationis huius facultatis audire confessiones mulierum non infirmarum extra sedem confessionalem et non interposita crate. Enixe te in Domino hortamur, ut ea qua decet modestia ac puritate conscientiae ad tale sacramentum ministrandum superpelliceo et stola indutus accedas, et quae per sacros canones et nostras Synodales Constitutiones ordinata et commissa sunt attente et fideliter exequaris; ne divinae ultionis contra te fulmina provoces et ne ex hoc divino pietatis fonte a quo tot animarum salus emanat tibimetipsi mortis aeternae venenum haurias, ceterisque propines. In quorum fidem praesentes Nostra manu subscriptas Tibi tradimus.

Datum Cracoviae in Curia Archiepiscopi et Principis.

Die 22. Septembris 1934.

† Stanislaus

— 4 —

— 5 —

Vic. Gen.
et Insp. Scol.

Propria manu subscribit:

ks. Ignacy Dobiasz

CURIA ARCHIEPISCOPI CRACOVIENSIS ET PRINCIPIS

Nomen Ignatius

Cognomen Dobiasz

Natus anno 1880. in Ciechowice

Sacerdos Societatis Sti. Franc. Salesii ex Archidioecesi Cracoviensi ordinatus anno 1903 habet facultatem Sacrum faciendi ad normam canonis 804. Illmo ac Revmo Domino Ordinario loci annuente.

Nr. 6562/37

Supra exaratae facultates ad decursum Cursum annorum prolongantur.

Datum Cracoviae, die 22 sept. 1937

pro 0,1.

Nr. 4318/40

Supra exaratae facultates ad decursum trium annorum prolongantur.

Datum Cracoviae, die 23. Septembris 1940

+ Stanislaus

Vic. Gen.

Nr. .....

Supra exaratae facultates .....

..... prolongantur.

Datum Cracoviae, die .....

Nr. .....

Supra exaratae facultates .....

..... prolongantur.

Datum Cracoviae, die .....